Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



110

spectu domini. Non ergo p comparati
onem legendum est. melius est mihi
incidere manus uestras. quam pecca
re inconspectu domini. sed absolute
bonum michi est non facere malum.
& incidere in manus uestras. ne peccē
inconspectu domini. Et exclamauit
uoce magna susanna. Magna uox
erat non aeris pcussione. & clamore
faucium. sed pudicicie magnitudine
per quam clamauit ad dominum.
Vnde & sancta scriptura in exclamati
one seniorum non apposuit magnā
uocem. Sequitur enim. Clamauerunt
& senes aduersus eam. Exclamauit
autē uoce magna susanna. & dixit.
Deus eterne qui absconditorum es
cognitor. qui nosti omnia priusquā
fiant. tu scis quoniam falsum con
tra me tulerunt testimonium. Cordis
affectus & mentis pura confessio. & bo
num conscientie. uocem eius ferebant

.V.M.